

- 15 **5037** C. Bellico Natale Tebaniano, C. Ducenio Proculo cos.¹ XIII
 k. Iun.² | in luco deae Diae magisterio C. Iuli Silani, curam agente C. |
 Nonio Basso Salvio Liberale³, fratres Arvales deae Diae sacrificium fe-
 cerunt⁴. C. Salvius Liberalis, qui vice magistri | fungebatur C. Iuli Si-
 20 lani, ante lucum in aram porcas piaculares duas luco coinquendi⁵ et
 operis faciendi immolavit; | deinde vaccam deae Diae honorariam immo-
 lavit. C. Salvius | Liberalis Nonius Bassus, L. Maecius Postumus, A. Iu-
 lius Quadratus, | P. Sallustius Blaesus, Q. Tillius Sassius in tetrastylo
 consederun[t] | et ex sacrificio epulati sunt, sumtisq. praetextis et co-
 25 ronis | spiceis vittatis lucum deae Diae ad summotum⁶ escenderunt | et
 per Salvium Liberalem Nonium Bassum, qui vice magistr[i] | fungebatur,
 et Q. Tillium Sassium, qui vice flaminis fungebatur, deae Diae agnam
 opimam immolarunt, perfectoque | sacrificio omnes ture et vino fecerunt.
 30 Deinde coronis inlatis signisq. unctis Q. Tillium Sassium ex Saturnali-
 bus | primis ad Saturnalia secunda annum magistrum fecer., | item Ti.
 Iulium Celsum Marium Candidum flaminem; deinde | in t[etr]astylo des-
 cenderunt, ibiq. in triclinio discumbentes | epulati sunt ad magistrum C.
 35 Iulium Silanum; post epulas | ric[i]niatus soleatus cum corona pactili
 rosacia summoto | sup[r]a carcares escidit et signum quadrigis et desul-
 toribus | mi[s]it, praesidente L. Maccio Postumo; victores palmis et | coronis
 argenteis honoravit⁷. |
 40 Ead[e]m die Romae domo apud mag. C. Iulium Silanum idem qui | [i]n
 luco cenarunt.

Tabulae marmoreae, quae continebat acta anni 87 (cf. supra N. 5024) pagina II v. 45 seq. (VI 2065; Henzen act. Arv. p. CXIX). — 1) Consules suffecti a. p. Chr. 87, quo anno consules ordinarii fuerunt Domitianus XIII et L. Volusius Saturninus, quorum nomina magnis litteris in principio tabulae leguntur. — 2) 19. Mai. Dies secundus sacri deae Diae (cf. N. 5036 not. 4); sacrificium diei primi (17. Mai.) in actis huius anni non enarratur, ut plerumque in actis saeculi p. Chr. primi (ut etiam supra N. 250 v. 18 seq.), quippe minoris momenti. — 3) Cf. supra N. 4011. 5027. — 4) Aliam enarrationem eiusdem sacrificii, sed breviorum, dedimus supra N. 250 v. 18 seq. — 5) Cf. Henzen p. 22; Jordan krit. Beitr. z. Gesch. d. lat. Sprache p. 282 seq. — 6) Cf. Henzen p. 28. — 7) Ludi hi circenses memorantur etiam infra N. 5278.

5038 Cn. Cornelio Proculo, D. Iunio . . . [cos.]¹, | XVI k. Iun.² in
 Palatio in aede Divorum³ per Ti. Licinium Cassium Cassianum pro[mag.
 fratres Arvales praetextati] | sacrificium deae Diae ture vino fecerunt, ibi-
 que discumbentes toralibus segmenta[tis ture et vino fecerunt; pueri] |
 patrimi et matrimi senatorum filii praetextati cum publicis at aram retu-
 lerunt L | Calpurnianus, A. Larcus Lepidus Plarianus, Q. Iunius
 Mauricus. Adfuerunt in collegio T[i. Licinius Cassius Cassianus pro]mag.,
 Ti. Iulius Candidus Caecilius Simplex, Ti. Iulius Iulianus Alexander, L. Anto-
 nius [Albus], | M. Valerius Iunianus, M. Fabius Iulianus Heracleo
 Optatianus, L. Digitius Bassus.